

Johann Quistorp

**Rector Academicus, Johannes Quistorpius ... Ad Exequias Virginculae ... B.  
Annae Mariae Viri ... Dn. Johannis Levini Ferberi ICti ... Filiolae ...  
Cohonestandas. Omnes omnium ordinum Academicos, amanter invitati.  
Rostochii d. XX. Febr. An. M. DC. LXIII.**

Rostochi[i]: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444380>

Druck    Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in

A. M. F e r b e r.

Rost. 1663.

65





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777444380/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444380/phys_0003)

DFG



RECTOR ACADEMICUS,  
**JOHANNES QUISTORPIUS**

D. ΘΕΟΛ. Prof. P.

Ad Exequias

*Virgunculae elegantissimæ,*

**B. ANNÆ MARIAE**

VIRI

*Magnifici, Nobiliss. & Excellentiss.*

**DN. JOHANNIS LEVINIFERBERI JCTI**

Sereniss. Ducas Megapolitani DN. DN. GUSTAVI

ADOLPHI &c. Consiliari Gravissimi

Filioꝝ delideratissimꝝ

Cohonestandas.

**Omnes omnium ordinum Aca-**

demicos, amanter invitati.

Rostochii d. XX. Febr. An. M. DC. LXIII.



ROSTOCHI

Typis JOHANNIS KILI. Acad. Typegr.

Vita memor Lethi, delicta enormia vitat,  
Et facit, ut Lethi læta sit hora piis.



RECTOR ACADEMICUS  
JOHANNES QVISTORPIUS.D.

**S**Apientissimus mortalium,  
*SALOMON, diem mortis, Natali potio-*  
*rem & meliorem esse, asseruit. Qui*  
*namq; penitius & accuratius,*  
*flaminis Sancti ductu, arcana*  
*Divinæ providentiaz & gra-*  
*tiaz scrutantur, mortem piam, veraz vitaz*  
*exordium esse, intellexerunt. Unde B.*  
*HIERONYMUS (quem Erasmus, in Epist. ope-*  
*ribz Augustini præfixâ, divitem scripturarum penū,*  
*appellat,) in Epitaphio Paulaz, nobilis ma-*  
*tronaz Romanaz, testis est: Christianos ini-*  
*tio nascentis Ecclesiaz, in funere & exequiis*  
*suorum, solemniter acclamare solitos fuisse*

)o(

ALLE-

ALLELUJA: quam vocem constat esse  
gaudentium. CHRYSOSTOMUS, (cujus spon-  
tē profluentem orationis copiam amplecti-  
mur,) etiam in Epist. ad Hebr. de Ecclesiis  
Græcis, refert; quod hymnos ad gaudium  
compositos, in funeribus decantarint. Et  
multò ante, HERODOTUS memoriae prodi-  
dit, Thracum finitimos TRAUSIOS, Natalem  
cujusvis diem fletuſ & lamentationibus, Fa-  
talem risu & gratulationibus exceperisse.  
Considerarunt enim hi cum animis suis,  
qui in vitam hanc ingrediantur, eos in ludi-  
brio versari, & in laborum ac dolorum er-  
gastulum præcipitari: qui verò inde mi-  
grant, eos malis subtrahi omnibus, & à pe-  
riculis in securitatem, à labore in quietem,  
à carcere in libertatem, ab exilio in patriam,  
ab alto in portum transferri. Quid enim  
Vita his in terris nostra aliud est, quam per-  
petua & ab exilio non differens peregrina-  
tio? mala Mansio, in qua *infra* carnis cupi-  
ditas.

ditas, *supra* assensus corruptæ rationis, *ante*  
incursus dæmonis, *post* memoria criminis?  
Quid contra Mors, nisi disruptio carceris,  
portus navigationis, acceleratio glorifica-  
tionis, æternæq; vitæ natalis. Quicquid  
nos in hac vitâ eximium existimamus, nihil  
aliud est quam *vanitas*, ut Salomon; quam  
*somnium*, ut David istud appellat. Quanto  
longius spacium in hoc theatro conficim⁹,  
tantò pl. mala videmus, tantò pl. mala faci-  
mus, tantò pl. mala patimur. Unde me-  
ritò cum Paulo, Philipp. i. 12. *Mortem piorum*,  
*lucrum*, dicimus. Idcirkò etiam Christianis,  
in immaturo charissimorum funere, non  
tam plangendum quam plaudendum; &  
*Mature defunctis* potius de beatâ migratione  
gratulationes, quam flebiles lessus faciendi  
sunt. Hac præsertim ætate, quâ malorum  
cataclysmus totum mundum inundabit.  
Evidem mala patriæ ominari nolo; face-  
re tamen non possum, quin exclamem! ô  
securos, qui in manu Dei sunt! ô dubios,

)o(

quos

quos humus tuetur homines! felicissimos  
verò, qui instantibus ærumnis dudùm præ-  
reptisunt! Neq; ergò piè defunctæ virgin-  
culæ ANNAE MARIAE Ferbers / Parentes  
immoderatè dolebunt, quod Filiola citius  
ex hac vitâ exiit. i. e. ex malorum fluctibus  
in portum, ab angoribus ad verum gaudi-  
um, transiit. Imitabuntur Davidem, qui  
moriturum filium flebat , mortuum non  
dolet. Flebat, ne sibi eriperetur: sed fle-  
re desit ereptum , quem sciebat esse cum  
Messiâ. Nata autem est, & in vita hujus Um-  
bras intromissa beata Virguncula , an. 1661.  
die 13. Januarii. Et Gustrovi Sacro baptismo  
Ecclesiæ, 17. ejusdem insita , patre DN. JO-  
HANNE LEVINO FERBERO J.D. &  
Sereniss. Ducis Megapol. Dn. Dn. GUSTA-  
VI ADOLPHI, Consiliario viro rari exem-  
pli (Qui certe in id totus est, ut miserabilib⁹  
Personis, quib⁹ coram judice litigandum,  
promptè consilia, sana, non expectato præ-  
mio suggerantur; atq; ita Processus fori im-  
mor-

mortales, mature terminentur, memori isti-  
us Salomonis, Prov. XXXI, 8. Aperi os tuum pro  
muto, judica iuste, causam age pauperis & egenitis.) Matre.  
**ANNA CORVINIA**, virtutibus à Salo. *Prov*  
*ult. expressis, conspicuā: Avo Paterno, ANTO-*  
*NIO FERBERO Capitaneo Hass. Avia paterna*  
*ANNA WEIDMANNI. Avo materno JOHANNE*  
*CORVINO. s.s. Theol. Doct. per celebri, Pa-*  
*store quondam Gedanensi primario. Avia*  
*materna Elisabetha Schmiedes. Proavo pa-*  
*terno RÖRINGO FFRBERO, primario quon-*  
*dam prætore, in Hassia Cassell. Proavo Pa-*  
*terno, ratione cognationis ARNOLDO WEID-*  
*MANNO, præfecto quondam in Bolze &*  
*Heise, in Ducat: Brunovicensi Et Proaviā pa-*  
*ternā, ratione Cognitionis CATHARINA PE-*  
*ROTTI. Proavo materno, ratione Agnationis*  
*DAVIDE Raben / Negociatore & cive prima-*  
*rio quondam Gustroviensi. Proavia Matér-*  
*na, Ratione Cognitionis Viro Nobiliss. NI-*  
*COLAO Schmiedes / Nobili Silesio, & quon-*  
*dā Centū viro Gedanensi. proaviā maternā,*  
*ratio-*

ratione cognationis Elissabetha gebohren von  
Linden. DN. ADRIANI von der Linden / Se-  
natoris Gedanensis Filiâ. His conspicuis ortæ  
Majoribus filiolæ BIENNI, vitæ huic caducæ finem  
imposuit, Vitæ mortisq; Arbiter. Omnes stellæ, quæ  
ab oriente surgunt, feruntur in occasum: sed aliæ tar-  
dius, aliæ celerius sese aspectui nostro subtrahunt; sic  
venustulum hoc sidus, quod pietatis & virtutum radios  
ostendere jam cœperat, & per duos annos ac unum  
mensem luxerat, non æquè lentum cursum tenuit, sed  
celeri cursu ad occasum mortis delatum est. Cum  
verò hodiè corpus exanime, matri suæ Terræ reddend-  
um sit, Academicos cunctos rogatos monitosque  
volo, ad horam primam in templo Mariano conveni-  
ant, & honorificâ frequentiâ Deductionem hodier-  
nam ornent. Ita facite, & inter eundum, quanta  
sit avi brevitas, quanta fugacitas, quanta  
omnium instabilitas, serio reputate.

P. P. Rostochii Anno 1663,  
d. 20. Febr.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777444380/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444380/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777444380/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444380/phys_0014)

DFG





mortales, maturè terminé  
us Salomonis, Prov. XXXI  
muto, *judica justè, causam age pauperi*  
**ANNA CORVINIA**, vir  
ult: expressis, conspicuâ: Av  
NIO FERBERO Capitaneo  
**ANNA WEIDMANNI**. Avo n  
CORVINO. s.s. Theol. Do  
store quondam Gedanen  
materna **Elisabetha Schmid**  
terno RORINGO FFRBER  
dam prætore, in Hassia C  
terno, ratione cognationis  
MANNO, præfecto quon  
Heise, in Ducat: Brunovic  
ternâ, ratione Cognitionis  
ROTTI. Proavo materno, i  
DAVIDE Raben / Negociat  
rio quondam Gustroviet  
na, Ratione Cognitionis  
COLAO Schmiedes / Nob  
dā Centūviro Gedanensi.



enior isti-  
os tuum pro  
sis.) Matre.  
Salo. Prov  
io, ANTO-  
a paterna  
JOHANNE  
elebri, Pa-  
rio. Avia  
roavo pa-  
rio quon-  
roavo Pa-  
LDO WEID-  
**Bolße** &  
roaviâ pa-  
ARINA PE-  
gnationis  
ve prima-  
ia Matér-  
biliss. NI-  
& quon-  
maternâ,  
ratio-